Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



131

exceptionem fieri oportet: qui sit semper nephas: quem deus sanctum animal esse voluit: Ego ne illud quidem concedi aliquis: ut recentes natos liceat occidere: quae vel maxima est impietas: adultam deus mspnat animal non ad mortem: Verum homines nequod sic facimus: quo manus suas nō polluant: rudibus adhuc & simplicibus animis abnegant lucem non a se datam. Expectare vero aliquis: ut alieno sanguini pcant: qui non pcunt suo Sed hi sine illa controuersia scelerati & iniusti: Quid illi: quos falsa pietas cogit exponere Hum possunt innocentes existimari: qui uiscera sua in predam canibus obiecerunt: & quantum ipsis est: crudelius necant: q̄ si strangulassent: Quis dubitet: qui impius sit: qui alienę misericordie locū non tribuit: Q' etiam si contingat ei: quod voluit: uita alatur: addixit certe sanguinem suum: vel ad seruitutem vel ad lupanar: quae autem possint vel soleant accidere utroq; sexu per errorem quis non intelligit: Quis ignorat: quod vel v mus edipodis decurat exemplum duplica scelere confusum: Tam igitur nefarium est exponere: q̄ necare: At h. paruae facultatum angustiae conqruntur: nec se pluribus liberis educandis sufficere posse pretendunt: Quasi vero aut facultates in pte sint possidentium: aut non quotidie deus: ex diuitibus pauperes & ex paupibus diuites facit: Quare si quis liberos ob paupiem non poterit obducare: satius est: ut se ab uxoris congregatione congressioe contineat: q̄ sceleratis manibus dei opa corrumpat: Ego si homicidium facē nullo modo licet: nec interesse omnino conceditur ne conscium pfundat ullus cruor: si quidem pplō sanguis ille prestatur. In scenis quoq; nescio an sit corruptela uitiosior: Nam & comice fabule de stupris uirginū loquūtur: ut amoribus meretricum & quo magis sunt eloquentes: qui flagitia illa finxerunt: eo magis sententiarum elegantia pstiadunt & facilius inhe rent auditorum memorie uersus numerosi & ornati: stem tragice historie subiciunt oculis paricidia & meesta regum malorum & coniurata scelera demonstrant: Histrionum quoq; impudicissimi motus: quid aliud nisi libidines docent & instigant: quor enervata corpora & immulebrem incessum habitumq; mollita impudicae femminae inhoneste gestibus mentiuntur: Quid de mimis q̄ loquar corruptelae preferentib9 disciplinam: qui docent adulteria dum fingunt & simulacris eruditunt ad vem: Quid iuuenes aut uirgines faciant: cum haec et fieri sine pudore et spectari ab omnibus libenter cernunt: Admonentur utiq; quid facere possint: & inflammantur libidine: quae aspectu maxime concitatur. ac se quisq; pro sexu in illis imaginibus prefigurat: probantq; illa dum rident & adherentibus vitiis corruptores ad cubicula reuiuntur. nec pueri modo quos ignaturus

O impium facimus qd & hec etas uidet sepius

In Senecā.

In Histriones.

In mimos.